



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm


Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 6. De Circumcisione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59636)

obuolutus. Tertia, vt humiles & contempti, quod significatum est per Præfape, in quo ipse decumbebat.



MEDITATIO VI. DE CIRCVMCISIONE.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- Luc. 2.* I. *Circuncisus est puer.*
 II. *Vocatum est nomen eius IESVS.*
 III. *Quod vocatum est ab Angelo, priusquam conciperetur.*

FIGVRÆ.

- Gen. 25.* 1. **I**SAAC filius Abrahæ vnigenitus circuncisus fuit octauo die post suam natiuitatem.
Gen. 41. 2. **I**OSEPH Patriarchæ impositum est nomen à rege Pharaone, nam lingua Ægyptiaca eum vocauit, Saluatorē mundi.

PROPHETIÆ.

- Esa. 30.* 1. **E**Ccè nomen Domini venit de longinquo.
Isa. 62. 2. *Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.*
Esa. 8. 3. *Voca nomen eius, Accelera, Spolia detrahe, Festina pradari.*

4. *Ego*

MEDITATIONVM. 19

4. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. *Abac. 3.*

5. Nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei Israel. *Ezec. 39. 7.*

6. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa. *Esa. 52.*

DOCUMENTA.

1. CHRISTVS primo opere, quod post Natiuitatem suam fecit, nempe Circumcisione & susceprione nominis IESV, duos magnos lapides in fundamentum Ecclesiae suae coniecit. Vnus fuit obedientiae, cum subiecit se Legi. Alter humilitatis, cum signum & similitudinem assumpsit peccatoris. Quare significatur, eos qui has duas virtutes non substernunt alijs fundamenti loco, non habere Christum pro fundamento. Ac proinde non sunt ex numero eorum, qui per ipsum sunt saluandi.

2. Christus ob assumptam circumcisionem, quae erat symbolum hominis peccatoris, licet innocentissimus, non dedignatus est haberi peccator, ad confusionem nostram; qui cum peccatores simus, tamen non volumus videri, vel haberi.

3. Christus voluit carnem suam circumcidere, ad nos instruendos, qua ratione circumcidere & refecare debeamus omnes vitiorum superfluitates. Debemus enim circumcidere cor nostrum à prauis cogitationibus, linguam nostram à sermonibus otiosis & perniciosis, omnia membra & sensus corporis nostri, ab omnibus rebus illicitis & vetitis, abstinendo non solum à peccatis, sed etiam peccati occasionibus:

tempri,
quo ipse



NE.

IS.

prins-

is cir-
suam

um est
na Æ-
undi.

ngin-

quod

ia de-

. Ego

sionibus: qui enim non fugit occasiones, non facile effugiet peccata ipsa.

4. Deus factus homo accepit nomen Saluatoris, ut homo peccator, si forte timore iudicij desperaret, eò quod sit Deus, occasionem haberet in eum sperandi & confitendi, eò quod sit Saluator.

5. Si Christus, qui erat Dominus & Capitaneus noster pro salute nostra, recepit nomen Saluatoris, certè tunc veri eius erimus serui, ei que similiores, quando non solum nostræ, sed etiam alienæ salutis procurandæ studuerimus.

6. Christus cum non solum voluerit nasci, verum etiam nomen Iesu, id est, Saluatoris pro nostra salute assumere, armemus nos in omnibus tentationibus, afflictionibus & periculis huius sancti nominis clypeo, insculpendo illud cordi nostro, & ore continenter inuocando.

7. Sexies Christus pro nobis effudit sanguinem. 1. in circuncisione, ut instruat nos, quomodo rescindere & abijcere à nobis debeamus omne peccatum. 2. in oratione facta in horto, ut doceat nos, tolerandos esse angores & afflictiones pro peccatis commissis. 3. in flagellatione, ut doceat, quod & nos castigare & domare carnem nostram debeamus. 4. in Coronatione, ut doceat, quomodo animam nostram seruo virtutum coronare debeamus. 5. in Crucifixione, ut instruat, quemadmodum membra nostra ad obseruationem diuinorum mandatorum alligare debeamus. 6. in vulnere lateris, ut doceat cor nostrum debere esse diuina caritate vulneratum.

MEDI-